

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Contemplacio i  
cum fonte primo

Contemplatiua uita est  
caritatem Dei et proximi tota mente retinere  
et ab exteriori actione quiescere,  
soli desiderio conditoris inherere  
ut nil iam habere libeat sed calcatis curis omnibus  
ad uidendam faciem sui creatoris animus inardescat.

Gregorius super Ezechielem.

Contemplatiua uero uita est  
caritatem quidem Dei proximi tota mente retinere,  
sed ab exteriore actione quiescere,  
soli desiderio Conditoris inhaerere,  
ut nil iam agere libeat, sed, calcatis curis omnibus,  
ad uidendam faciem sui Creatoris animus inardescat,  
ita ut iam nouerit carnis corruptibilis pondus  
cum maerore portare, totisque desideriis appetere  
illis hymnidicis angelorum choris interesse,  
ad miseri caelestibus cuiibus,  
de aeterna in conspectu Dei incorruptione gaudere.

Gregorius Magnus, *Homeliae in Hiezechielum prophetam*, 2.2.8 (CCSL 142, M. Adriaen ed., p.230, ll.191-199).